



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum conscientia in indifferntibus plus liget, quam præceptum prælati,  
vel minus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAEST. XVII. DE CONSCIENTIA, ART.V.

407

**A VI.** Dicendum, quod licet in ratione naturali sit, unde possit procedi ad contrarium eius quod erronea conscientia dicitur, siue sit error circa indifferentiam, siue circa per se mala, tamen actu ratio naturalis non dicitur contrarium: si enim dicitur contrarium, non erraret conscientia.

**AD SEPTIMVM.** dicendum, quod quamvis opus in differentibus quantum in se est, ad utrumlibet se habeat: tamen cum quis existimat hoc opus adere sub peccato, efficitur non indifferens propter suam affirmationem.

**Ad VIII.** Dicendum, quod ille qui haber conscientiam faciendo fornicacionem, non est simpliciter perplexus, quia potest aliquid facere, quo facio non incidit in peccatum, scilicet conscientiam erroneam deponere: sed perplexus secundum quid, scilicet conscientiam erroneam manente, & hoc non est inconveniens, ut aliquo supposito homo peccatum uitare non possit: sicut supposito intentione inanis gloria, ille qui tenet eleemosynam dare, peccatum evitare non potest. si enim dat ex tali intentione, peccat: si uero non dat, transgressor est.

**Ad IX.** Dicendum, quod quando conscientia erronea dicitur aliquod factendum, dicitur illud sub aliqua ratione boni, uel quasi opus iustitiae, vel temperantiae, & sic de aliis. & ideo transgressor incurrit in uitium contrarium illi uirrati, sub cuius specie conscientia illud dicitur, uel si dicitur illud sub specie diuini precepti, uel alicuius prelati tantum, incurrit peccatum inobedientia conscientiam transgredivi.

**ARTICVLVS V.**

Vtrum conscientia in indifferibus plus liget, quam preceptum prelati, uel minus.

**Q**UINTO queritur, vtrum conscientia in indifferibus plus liget, quam preceptum prelati uel minus. & uiderit quod minus. Subditus enim religiosus uouit obedientiam prelati: sed tenetur uotum reddere. Psalmi quinto. Vouete et redite. ergo videtur quod tenetur prelato obediens contra conscientiam, & ita magis prelato, quam conscientiam.

**T**ERZIUS. Prer. Prer. semper est obediendum in his, quae non sunt contra Deum: sed in differentia non sunt contra Deum. ergo in eis tenetur obediens prelato, & sic idem quod prius.

**T**ETRUS. Prer. Potestati superiori magis est obediendum, quam inferiori, ut habetur in globo Rom. sed anima prelati est superior, quam anima subdit. ergo magis ligatur subditus ex prelato imperio, quam ex conscientia propria.

**T**ETRUS. Subditus non debet iudicare de precepto prelati; sed magis prelatus de actibus subdit, iudicaret autem subditus de precepto prelati, si properet suam conscientiam ab eius precepto recederet. ergo quantumcumque conscientia dicitur in indifferibus, magis est standum precepto prelati.

**SED CONTRA**, vinculum spirituale fortius est quam corporale, & intrinsecum quam extrinsecum: sed conscientia est vinculum spirituale intrinsecum, prelatus autem vinculum corporale, & extrinsecum. ut uidetur, quia per temporem dispositionem omnis prelato agitur, vnde, cum ad exterioritatem uentum fuerit, evacuabitur, ut habetur in gl. Corin. 15. ergo uidetur quod magis est obediendum conscientiae, quam prelati.

**RESPON.** Dicendum, quod huius questionis ratio fatis ex his, que dicta sunt, potest apparet. dictum est enim supra, quod conscientia non ligat, nisi vi precepti

**A** diuini, vel secundum legem scriptam, uel in leg naturae inditam. Comparare igitur ligamen conscientiae ad ligamen quod est ex precepto prelati, non est aliud quam comparare ligamen scripti divini ad ligamen precepti prelati. Vnde, cum preceptum diuimum obliget contra preceptum prelati, & magis obliget quam preceptum prelati, conscientia ligamen erit maius quam ligamen precepti prelati, & conscientia ligabit, precepto prelati in contrarium existente, tamen hoc diversimode habet in conscientia recta & erronea. Conscientia enim recta simili citer, & perfecte contra preceptum prelati obligat. simpliciter quidem, quia eius obligatio auferri non potest, cum sine peccato deponi non possit talis conscientia; perfecte autem, quia conscientia recta non solum hoc modo ligat, ut ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrit: sed ut ille, qui eam sequitur, sit immunit a peccato, quantumcumque prelati preceptum sit in contrarium: sed conscientia erronea ligat contra preceptum prelati in indifferibus secundum quid, & imperfecte. Secundum quid, quia non obligat in oem eventum: sed sub conditione sua duracionis: potest enim aliquis & debet talen conscientiam depondere. Imperfecte autem, quia ligat quantum ad hoc, quod ille, qui eam sequitur, peccatum non incurrit: non autem quantum ad hoc quod ille, qui eam sequitur, peccatum cui est, cum preceptum prelati sit in contrarium, si tamen ad illud indifferens preceptum prelati obliget. In tali enim casu peccat siue non faciat, quia contra conscientiam agit, siue faciat, quia prelato inobediens est. Magis autem peccat, si non faciat conscientia durante, quod conscientia dicitur, cum plus liget quam preceptum prelati.

**D**O PRIMVM ergo dicendum, quod ille qui uult obedientiam, tenetur obediens in his, ad quae bonum obedientie se extendit, nec ab ista obligatio ne absolvitur per errorem conscientiae. nec secundum conscientiae absoluuntur ligamine per istam obligationem, & ita manet in eo duplex contraria obligatio. Quarum una scilicet qua est ex conscientia est maior, quia intensior, minor, quia solubilior, alia vero contraria. Obligatio enim illa, que est ad prelatum, solu non potest, sicut conscientia erronea deponi potest.

**D**O II. Dicendum, quod quamvis opus illud per se sit indifferens: tamen ex dictamine conscientiae fit non indifferens.

**A**DO III. Dicendum, quod subditus non habet superius subditum; tamen Deus, sub cuius precepti specie ligat conscientia, est maior quam subditus.

**A**DO IV. dicendum, quod subditus non habet iudicare de precepto prelati; sed de impletione precepti qua ad ipsum spectat. Vnde quisque enim tenetur actus suos examinare ad scientiam, quam a Deo habet, siue sit naturalis, siue acquisita siue infusa; omnis enim homo debet secundum rationem agere.

QVÆSTIO XVIII.

De cognitione primi hominis in statu innocentiae.

In octo articulos diuisa.

**¶** Primo. Vtrum homo in statu innocentiae cognovit Deum per essentiam.

**¶** Secundo. Vtrum homo in statu innocentiae per creaturas uiderit Deum.

**¶** Tertio,